e-codices

in c. sollicitudine de app. nec quia predicta verba locum tenent simpliciter tamen expressionem non requirunt facit quia presumit quod quis verbo non exprimat quod mente non cogitavit ff. de supple. l. in ambiguo de re. iuris mobilium aque sili roe in contractu volt. voluntatibus penitus et effectu non valet quod fieret nisi adderent huiusmodi expressiones quod est absurdum pro qua conclusione facit ea que leguntur et no. in c. intelligentes et c. preterea de v. sig.

vt lite pendente

xviii Item cum iudex revocet quedam attemptata an omnia lite lite pendente et tunc condempnat in expensis dubitatur utrum postea possit condempnationem huiusmodi facere expensarum et videbatur quod non quia vim diffinitive habet et sic eadem die huiusmodi condempnatio esset facienda per l. paulus ff. de re iudi. et c. cum contingat de app. li. vi. cum etiam ad hunc articulum fructus esset officio suo ut in c. in litteris de offi. [dele] quia c. vendicat sibi solum in diffinitiva sed hec est sententia sine pronuntiatio licet habeat vim diffinitive quo ad quedam puta quo ad effectum cle. appellationi de app. tamen ad premissa effectum censetur interlocutoria et non diffinitiva cum quia per eam non decidit negotium principale tum etiam quia simpliciter sine ordine sollempni ex puro et mero officio iudicis procedit super huiusmodi attemptatis prout no. Innocentius de except. ex parte . s. Dominus et abbas dicti de except. dilecti et per Io. an. de app. non solum li. vi. ubi dicit expresse quod non est interlocutoria et intelligas semper quo ad premissum effectum cle. appellationi que non habet locum in interlocutoriis vim diffinitive habentibus ut in casu nostro et in articulo deserto et absolutoris ab instantia iudicii et ab huiusmodi quia minus grave preiudicium talles sine pariat nec obstat quod c. cordi loco sibi vendicat in huiusmodi causis quia facilius est parti inferre tam gravaminis et appellare in scriptis ut in c. cordi quia subito infra duos aut tres dies in una septimana forte sumare probatores super dictis articulis coram iudice adducere et intelligo ego per predictam conclusionem posita in principio si huiusmodi interlocutoria in rem transivit iudicatam nam tunc huiusmodi condempnatio expensarum non est nisi quedam predicte interlocutorie executio et non nova sententia secundum Innocentium in c. sepe de app. nec potest fieri cum ab huiusmodi condempnatione expensarum separatim appelletur quia hoc tempus condempnationis trahit ad tempus sententie pro qua opinione iura faciunt no. Io. mo. in c. licet super eo qualescunque intra medium et in c. is cui in ult. glo. extra fi. de sen. ex. c. li. vi.

Hic super venerunt duo novi auditores videlicet dominus petrus Bastonis legum et franciscus de mot. lando utriusque iuris doctor ..

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 718, p. 32 – Guilelmus Horborch: Decisiones novae Rotae
(http://www.e-codices.ch/de/csg/0718/32)